




Boletín Oficial

DEL

Obispado de Osma.



Año LX.

30 DE ABRIL DE 1919.

Núm. VIII.

SUMARIO: Obispado de Osma: Circular sobre el mes de Mayo.—S. C. Rituum: Beatificación d. un párroco.—Conferencias Eclesiásticas: Caso para el mes de Mayo.—Necrología.

OBISPADO DE OSMA

Circular.

Sobre el Mes de María.

Cuando aún vibran en el aire, venerables Sacerdotes y amados hijos, los jubilosos ecos del «*Alleluia*» entonado a la Resurrección de Cristo, empiezan a escucharse por todo el orbe las fervientes plegarias con que los fieles se animan a postrarse a los pies de la Madre del Amor Hermoso: «*Venid y vamos todas con flores a porfía*», y es que esta bellísima luna de gracia va siguiendo de cerca el curso del divino Sol de justicia.

Por eso creemos ungratísimo deber de nuestra solicitud pastoral exhortar a nuestros muy amados cooperadores y fieles a que con el más íntimo afecto filial y con el esplendor posible obsequien a la Sma. Virgen durante el próximo mes de Mayo, ofreciéndole esos variados actos piadosos, universalmente conocidos con el poético y gráfico nombre de «*Flores*» pues ellos son los más delicados brotes de nuestro corazón y los debemos entretejer y presentarlos humildes cual pobre

guirnalda a la que ciñe sus sienes con diadema de estrellas.

Y no es mucho en verdad, a. h. consagrar especialmente un mes a esta Madre que de continuo está dedicada a velar e interceder por nosotros: a la que ante su divino Hijo desempeña el oficio de mediadora que el Redentor cumple ante su Eterno Padre: a la que los Stos. Padres han saludado con el honrosísimo y consolador título de «*la Omnipotencia suplicante en favor nuestro*».

La devoción a María Sma., sobre todo en el mes consagrado a Ella, ha penetrado hasta las más apartadas regiones de la tierra, llevando gérmenes divinos de vida, dulzura y esperanza: y no ha sido esto tan sólo por un impulso inconsciente o sentimental del pueblo cristiano; los Romanos Pontifices, fundamentos de la fe en la Iglesia, y los Prelados, Pastores de sus pueblos bajo la obediencia del Pastor supremo, han visto con luz celestial que esta devoción era uno de los medios más eficaces para la salud de las almas, y la han recomendado y enriquecido con el precioso caudal de las indulgencias.

Y cuando al calor y humareda infernal del incendio de odios y concupiscencias se abrasó el mundo durante la pasada guerra, amenazando con apocalíptico desquiciamiento moral, Su Santidad, ¡Benedicto XV, acudió como a recurso supremo, a la misericordia de María Santísima, para que ella que en la Redención fué mensajera de paz entre el cielo y la tierra, lo fuese también entre los hombres, y mandó que especialmente en el mes de Mayo se la invocase como Reina de la Paz, que hiciese caer de las manos de los hombres las armas fratricidas.

Pues si los pueblos infelices que se consumían en esa desarladora hoguera levantaban sus manos suplicantes a la Reina de la Paz, ¿no es mucho más justo que los levanten agradecidos los que, cual nuestra Pa-

tria, apenas fueron lastimados por esa llama, gracias sobre todo a que los cabijó bajo su manto la Virgen piadosa?

Y para vosotros, amados Diocesanos, estos obsequios a María durante el mes de las Flores tienen una razón especial; la patria de Sto. Domingo de Guzmán, el gran Apóstol de la Sma. Virgen, no puede dignamente consentir que región alguna la exceda en la devoción a la Reina del Cielo; sería renunciar vergonzosamente a la altísima honra que recibe del inmortal Patriarca, a la sagrada primo genitura, de lo que en todo instante debéis mostraros dignos continuadores.

Por lo tanto recomendamos encarecidamente a nuestros muy amados Curas de almas y fieles diocesanos que celebren el devoto ejercicio de las *Flores* en la forma concreta que les sugiera la oportunidad de las circunstancias, pero siendo como el núcleo de estos cultos el *Santo Rosario*, la devoción Mariana por excelencia, y que a vosotros, católicos Oxomenses, junto con las glorias de la Madre universal de la gracia debe evocaros el patriótico y santo recuerdo del mejor de los *Guzmanes*, y la venerable memoria de vuestros antepasados, cuyos primeros infantiles balbuceos y última despedida de la vida fueron las Angélicas Saluciones del Santo Rosario, de cuyos hogares se elevaban más frecuente que el humo de sus chimeneas, las espirales del rezo familiar.

Facultamos también a los encargados de Parroquias para exponer solemnemente el Smo. Sacramento en los días festivos durante estos piadosos ejercicios, y veríamos muy complacidos que en el día que estimaran más oportuno preparasen solemne función, cuyo más importante acto fuera una comunión general, ramillete el más grato a los ojos de la Santísima Virgen.

Esperamos del celo de nuestros venerables Sacerdotes y de la piedad de nuestros Diocesanos que han

de aprovechar cumplidamente este eficaz medio de santificación, preparado por el Cielo por medio de la Madre de Dios. (1)

Burgo de Osma 23 de Abril de 1919

† MATEO, OBISPO DE OSMA.

SACRA CONGREGATIO RITUUM

BEATIFICACIÓN DE UN PÁRROCO UNA FLOR DEL CLERO SECULAR. ANDEGAVEN.

DECRETUM SUPER INTRODUCTIONE CAUSAE BEATIFICATIONIS SEU DECLARATIONIS MARTYRII SERVI DEI NATALIS PINOT, PAROCHI VICI «LOUROUX-BÉCONNAIS».

Causae Servorum Dei martyrii fama praestantium postremis hisce temporibus apud sacrorum rituum Congregationem introductae, christifidelium vivam excitant memoriam et cogitationem in evangelicis divini Redemptoris sentiis, tam de praenuntiata adversus Ecclesiam eiusque filios persecutione, quam de beatitudine cum regno caelorum promissa iis qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Altera nunc accedit similis Causa Dei Famuli Natalis Pinot, parochi saecularis oppidi *Louroux Béconnais*, qui Andegavi, in odium Fidei, uti fertur, interemptus est. die 21 februarii anno 1794. Hic Dei Famulus, in eadem Andegavensi civitate natus die 19 decembris anno 1747 et in ecclesia S. Martini postero die baptizatus, a parentibus Renato Pinot et Claudia La Grois pietate et religione in primaeva aetate imbuitur. Puer et adolescens congruis disciplinis litterariis et sacris eruditus, dignusque a Superioribus habitus, ad sacerdotalem Ordinem et dignitatem evectus est. Sacrum ministerium in loco *Bousse* primum exercuit, et, anno

(1) Concedemos cincuenta días de indulgencias cada vez que los fieles asistieren a los cultos sagrados. de las «Flores».

1776 usque ad annum 1781 vicarii munere in paroecia loci *Corzé* functus, postea Incurabilium nosocomio Andegavensi, prope paroeciam S. Martini, praeficitur. Ibi se totum devovet multiplici aegrotantium bono, officii sui potissimum spiritualis observantissimus. Aliquot post annos, parochus vici *Louroux* renuntiatus, magis emicuit caritate in proximum et zelo animarum. Quum vero anno 1788 beneficium parochiale in oppido *Louroux-Béconnais* vacaret, Capitulum cathedralis ecclesiae S. Andreae Ap., patronatus iure fruens, Natalem Pinot unanimi suffragio ad eiusmodi beneficium elegit, et Episcopus Andegavensis auctoritate sua ordinaria confirmavit. Die 14 septembris, in festo exaltationis S. Crucis, eodem anno, Dei Famulus hanc mysticam vineam ingressus, eam impenso studio ac labore coluit et servavit incolumem ab insidiis et vastationibus impiorum. Admirabilis in eo fuit cura et vigilantia sui gregis et singularis industria caritatis qua egenos et pauperes victu et vestitu sublevabat. Decurrente anno 1790 Conventus Nationalis, spreta et contempta quavis iustitiae et libertatis forma, constitutionem civilem cleri, regis sanctione munitam, die 27 novembris, promulgavit, qua Episcopi et sacerdotes, curam animarum habentes, ad iusiurandum schismaticum ferendum sub poena remotionis a beneficio cogebantur. Haec autem sacrilega constitutio a Romano Pontifice Pio VI, fel. rec., per Acta *Quod aliquantulum* diei 10 martii 1791 et *Charitas quae*, diei 13 aprilis 1791, solemniter damnata fuit, et iusiurandum, per eam impositum, illicitum declaratum. Hisce in adiunctis Dei Famulus, semel iterumque ad iusiurandum iuxta Constitutionem adactus, constanter se recusavit, adiungens se, tuta conscientia et salvis Ecclesiae legibus, id facere non posse. Hoc fusius consignatum est publicis documentis et relationi qua Communitas loci *Louroux* Natalis Pinot parochi damnationem expetebat. Inde ab oppido *Louroux-Béconnais* per satellites ad

urbem Andegavensem deductus in ius vocatus et accusatus, etsi nemo responsis eius resistere posset, tamen iudicum sententia, a superiori tribunali confirmata, per duos annos a sua paroecia interdictus fuit. Interim Dei Famulus ministerium suum non intermisit, felicique exitu adlaboravit, ut aliqui sacerdotes, qui inconsiderate schismaticum emiserant iuramentum, postea, facta publica retractatione, ad bonam frugem reducerentur. Expleto biennio et favente victoria quam catholici illius Vandee regionis in suae fidei et religionis tutelam armis reportarunt, ipse, die 23 martii anni 1793 ad suam paroeciam rediit, ingenti suorum fidelium gaudio et laetitia acceptus et honoratus. Verum mox commutata fortuna et catholicis copiis oppressis, persecutionis aestus magis exarsit, qui tamen a paroecia amovere potuerit pastorem bonum, paratum potius mori quam gregem deserere. In illa temporum rerumque tristitia Dei Famulus nunquam destitit ab officio parochiali rite obeundo; et, peculiari usus facultate, extra terminos paroeciae in villis et oppidis finitimis legitimo pastore spoliatis suum ministerium salutari-ter peregit. Pluries, etiam modo singulari, militum inquisitiones effugit, sed tandem, fortis athleta, iam praemio dignus, in manus inimicorum incidit, ut in extremo certamine victor coronaretur. Die enim 21 februarii anno 1794 Dei Famulus, ingrati hominis prodicione comprehensus, et contumeliis ac vexationibus tentatus ob intrepidam iniqui et schismatici iuramenti negationem, summaria et pene nulla iudicii forma servata, capitis abscissione damnatur. Eadem die, sacris vestibibus indutus, fidelis Christi servus ac sacerdos ad aram sacrificii sui laetus ascendit, sanctisque verbis prolatis: *Introibo ad altare Dei*, per manus carnificis capite plexus, semetipsum offert propter iustitiam, in caelis cum ipso Christo regnaturus. Interim opinio sanctitatis vitae, virtutum et miraculorum in genere Servi Dei in vita et post obitum clara,

una cum martyrii fama coniuncta et ad haec usque tempora perseverans, Processum Ordinarium Informativum super his omnibus in Curia ecclesiastica Andegavensi provexit ac peperit; atque acta processualia absoluta ad sacram rituum Congregationem transmissa sunt. Servato autem iuris ordine, quum omnia in promptu sint et nihil obstet quominus ad ulteriora procedatur, instante Rmo. P. Francisco Xaverio Hertzog, societatis S. Sulpitii procuratore generali et huius Causae postulatore legitime constituto, attentis litteris postulatoriis Emi. et Rmi. Dñi. Cardinalis Ludovici Josephi Lucon, Archiepiscopi Rhemensis, Rmorum. Archiepiscoporum et Episcoporum Galliae, praesertim Andegavensis universitatis catholicae Patronorum necnon Capitulorum ecclesiarum cathedralium, parochorum, superiorum ac professorum tum Seminario- rum tum Universitatis catholicae Andegavensis, aliorumque virorum ecclesiastica vel civili dignitate praestantium, Emus. Revmus. Dñus. Cardinalis Vincentius Vannutelli, episcopus Ostiensis et Praenestinus, Sacri Collegii Decanus et praesentis Causae Ponens seu Relator, in ordinariis sacrorum rituum Congregationis comitiis subsignata die ad vaticanas aedes coadunatis, sequens dubium discutiendum proposuit: *An signanda sit commissio introductionis Causae in casu et ad effectum de quo agitur?* Et Emi. ac Rmi. Patres sacris tuendis ritibus praepositi, post relationem ipsius Emi. Ponentis, audito voce et scripto R. P. D. Angelo Mariani Fidei promotore generali, omnibus sedulo perpensis, rescribendum censuerunt: *Signandam esse Commissionem Introductionis Causae, si Sanctissimo placuerit.* Die 14 ianuarii 1919

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino nostro Benedicto Papae XV per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relationes, Sanctitas Sua rescriptum eiusdem sacrae Congregationis ratum habens, propria manu signare dignata est. Commissionem Introductionis Causae beatificationis

seu declarationis martyrii Servi Dei Natalis Pinot, parochi vici *Louroux-Béconnais*, die 22 eisdem mense et anno.

✠ A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae.

S. R. C. Praefectus.

L. ✠ S.

Alexander Verde, *Secretarius*.

COLLATIONES ECCLESIASTICAE

PRO COLLATIONE DIEI 15 MAII

Hyginus, vicarius cooperator seu Coadjutor in parochia S. Joseph, in bimestrali parochi absentia, hujus vices parochiales gerit. Viduus interea sutor, qui simul et de novis contrahendis nuptiis et de officina sutoria in praefata parochia per octo vel decem menses constituenda cogitabat, hujus constitutionem accelerat, ut in oppido deserendo consuetam erga viduos ululationem perstreperentesque crepitus, matrimonium in nova parochia contrahens, devitaret. Resistit vero acerrime parochus derelictus, nec unquam ad suam licentiam concedendam ut Hyginus assisteret, ante completam in S. Joseph commemorationem menstruam, dimoveri potuisset, nisi gravibus ad id faciendum minis fuisset exagitatus. Hac demum venia innisus Cooperator matrimonio assistit, hoc unum dubium animo volvens, quod tamen revelare non audet, num scilicet excommunicatio quam secreto incurrit, valorem suae assistentiae pro tali conjugio adimat.

Hoc 1.^m—2.^o Quisnam valide et licite matrimoniis assistit et licentiam concedit?—3.^o Qualis haec esse licentia debet?—4.^o Quid de menstrua commemoratione dicendum?

Quaestio liturgica.

1.^a Quaenam sit sacrificii Eucharistici materia remota sive valida, sive licita?—2.^a Utrum ad hostias conficiendas venalis in commercio farina possit adhiberi?—3.^a An vinum alcoholica aliqua quantitate commistum ad missae celebrationem inservire possit?—4.^a Quid est in elaborandis vinis dulcibus praecavendum?

NECROLOGIA.—Han fallecido después de recibir los Santos Sacramentos: En Zuzones a la edad de 73 años D. Casimiro Leal y Leal, Párroco de S. Martín de Rubiales, el día 24 de los corrientes.

En Villabuena D. Joaquín Verde Izquierdo, Párroco de Carrascosa de la Sierra, a la edad de 42 años, el 26 de los corrientes.

Pertenecían ambos a la Hermandad diocesana de sufragios del Clero (R. I. P. A.)